

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Boite_023 | Notes de la fin de sa vie pour ses derniers livres.](#)[Collection Boite_023-10-chem | Philodème. Item\[Alexander Olivieri. Philodemi. Praefacio - suite\]](#)

[Alexander Olivieri. Philodemi. Praefacio - suite]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb023_f0459

SourceBoite_023-10-chem | Philodème.

LangueFrançais

TypeFicheLecture

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 19/03/2021 Dernière modification le 23/04/2021

casse quae obiciantur (XV sqq.). At sapiens contumeliis et maledictis a discipulo vexatus nullo modo de iis conqueritur, nullo modo irascitur (2, 38, cf. XV).

C. O homines beneficiorum immemores! Benevole insti-tuti, ad bonam frugem revocati (22), erroribus et vitiis pur-gati, cur nullam pro hisce meritis gratiam praceptoribus habent, immo potius iniuriosius tractant (18, 21, 55)? Cum qui correctione indigent, omnem fidem monitori tribuere, cum eo tamquam amicorum optimo arcana animi vitia com-municare, eique totos se committere, errores et animi infirmitates et ea omnia de quibus dubitant (47) omnino pate-facere debeant (28, 39, 40, 41, 42).

D. Cum autem Philodemus statuerit blandam et lenem et comedem et urbanam admonitionem (Isqq.) quasi quod-dam fundamentum esse libertatis dicendi, cumque una ad-firmaverit praceptors sanandi peritissimos esse debere, hoc est manifestum sapientem modo indole neque aspera neque inurbana (I sqq.), auctoritate et doctrina¹⁾ praeditum (X sqq.), bonisque moribus ornatum (46), optime libertate dicendi uti posse (cf. 1). Quem enim eo aptiorem ad castigandos alios, etiam nobiles, etiam philosophiae studiosos (VIII sqq.)? Hoc posito, Epicureus noster falsi nominis sapientes, asperam et severam et continuam et acerbam paedagogorum rationem vituperat et repellit, qui a praceptoribus philo-sophis longe distent (75 sqq.), cynicorum obiurgationes in omnes et omnia toto corde respuit (III), suae disciplinae sectatores, quod pravas discipulorum cupiditates libere et moderate reprehendant, multis laudibus commendat, ad coe-lum extollit (15, 20, 45).

Ut in aliis operibus²⁾, Philodemus rerum materiem ex

1) rerum praesertim quae ad usum pertinent [cf. Galeni libel-lum π. ψυχής παθῶν κ. ἀμαρτημάτων].

2) περὶ σημείων καὶ σημειώσεων et aliud opus Pap. 1389 [cf. Susemihl, *Gesch. d. griech. Literatur in d. Alexandrinerzeit* II 276—277 n. 216, 217]; fortasse περὶ ὄργης [cf. ed. Wilke p. XXVI sqq.]

esse discipulos, neque de omnibus peccatis, neque de omni errore etiam fortuito (78, 79), neque palam et iis maxime praesentibus, quos non opus sit adesse, nec ridendo et iocando, sed commiserando (35, 79). Neque in aliud potius tempus post admissum erratum aut alio modo animadversionem et castigationem reiciendas esse (25), neque unquam ab admonitione esse desistendum, etiam si nihil per eam statim adsequi potuerit sapiens. Medicinae autem exemplo (cf. A. Olivieri, *Osservaz. sopra un'opera morale di Galeno*, Nap. 1909), ostendit Philodemus saepius contingere, ut monitus aliquoties contumax et reluctans tandem resipiscat et monitori obtemperet (63 sqq.). Illorum rationem probare non videtur aut circumscripte tantum, qui coram discipulis er-rata sua et aliorum fateri non dubitent (51, 53, 54, 81); ait interdum sapientem, ut monitio amice ac benevole accipiatur, per alium obiurgare (17), aut discipuli alicuius errata velut ab alio discipulo admissa vituperare (8, 9). Denique non mediocri in moribus corrigendis prudentia ac dexteritate opus esse (58, 72, 77), eoque magis, quod variam illorum quos moneamus indolem et naturam diligenter et bene et caute considerare oporteat (7, 10, 84, IV, V), cumque haud difficile sit in huiusmodi re decipi et falli (56). Quae omnia fere praecepta et quasi fundamenta libertatis dicendi vel corrigendi repetit Plutarchus in libello qui inscribitur „Quomodo adulator ab amico internoscatur“.

B. Difficultates et molestiae, amaritudines et calumniae quae oponuntur sapientibus qui aliorum vitia emendare conantur et variae et multiplicies sunt (3, 18, 21, 39, 50, 70, 88, XV sqq.). Sunt enim quidam tam indocili et prava natura praediti, ut cuiusvis sapientis monita contemnant, cunctosque praceptors a se repellant (18, 19, 30, 31, 59 sqq., XV sqq.). Sunt qui aures veritati omnino clausas habeant: in primis mulieres aetate proiectae (XXI sq.), vel viri opibus et dignitate florentes, maxime reges (34, XXII sqq.), vel senes quippe qui animadversionem iniquo animo ferant (XXIV). Plerique autem nullo modo arbitrantur ea se pec-



221

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941

1940-1941